Epiſtola Chryſoſtomi ad Cyriacū epūm

Leodriſius Crebel

lus ad Eneam Siluium Cardinalez
Senenſem in epl'am Johānis Chry
ſoſtomi Prologus incipit

AD patrez reuerentia cultuqꝫ
digniſſimum dn̄m Eneā Sil
uium epiſcopum Seneñ ⁊ ſa
croſancte Romane eccleſie preſbyte
rum Cardinalem benemeritiſſimum
Leodriſius Crebellus S. P. D.
Exiſtimo digniſſime preſul ingentez
iam eſſe litterarum aceruuz earū que
ex omni Italia germaniaqꝫ ⁊ ab opti
mo quoqꝫ viro ſtudio congratulandi
per hos menſes ad tuam dignitatem
ſunt conſcripte. Sed q̄uis virtutes
alias: alia merita ſpes etiam in futuꝝ
vberiores ſingillatim et facile ⁊ vere
ex magna copia vt cuiuſqꝫ anim⁹ tu
lit non eiſdez verbis annotauerit. eā
dem tamen ſeriem: candemqꝫ volun
tatez videre videor omnes imitatos
eſſe. Quo innumero cum et ipſe fue
rim ab amplitudine tua. non ab inge
nio meo vires capiēs: ſtatuiqꝫ in pre
ſentia nouo ac diuerſo ſtemate felici
tatem tibi tuam: et diuine maieſtatis
propicium numen ante oculos pone
re. Hec eſt Epiſtola Johānis Chry
ſoſtomi: qui ex pōtificali throno ſuo
pulſus ⁊ exilio dānatus eſſet amiciqꝫ
exinde ſui: ſueqꝫ ſanctitatis ⁊ eloquij
diuini cultores merore ⁊ cruciatibus
afficerētur ad Cyriacū Epiſcopū ⁊ ip
ſum exilio dānatum. hanc epl'az luct⁹
et miſeriarum primo. deinde conſola
tionis plenam ſcripſit quam ego cum
e greca latinam feciſſem: ſtatui preſtā
tiſſime tue dignitati. ea potiſſimū cau
ſa dare vt intelligas. quanto meliore
conditione tecum diuina pietas agat.
Illum enim virum ſapientia et ſan
ctitate primarium inimicorum fraus
potentia peſſundedit. Tu omnem ad
uerſantium inuidiam mirabili inge
nio et vite candore ſupaſti. Ille ex pa
tria crudeliter pulſus eſt. Tu a remo
tis regionibus q̄uis etiam ibi felici
ter degeres: felicius tamen in patriā
es reuocatus. Ille de throno ſuo eie
ctus eſt. tu ad maiorē es ſublimat⁹. il
lius ruina ſuos oēs miſerabili cala
mitate inuoluit. Tua vero felicitas
cum ceteris omnibus amicis clienti
buſqꝫ tuis. tum mihi maxime peren
nis leticie materiaz prebuit. Itaqꝫ mi
nie anim⁹ fallit: leges hec Diui Chry
ſoſtomi ſcripta. non ingratis oculis.
Sed ita tamē vt ſcribentis grauitas
interpretis nouitate nō ledatur. Tu
am vero Reuerendiſſimā p. diutiſſi
me bene valere precibus precor. Cu
ius grauiſſimi p̄cones Nicolaus ar
cemboldus ⁊ Scena curtenſis nō in
hoc clariſſimo ſenatu tantum Sed ī
om̄i Italia primarij viri eidem ſeſe ſū
mo affectu commendant. Mediolani
xvi. kl'. Septem. M. CCCC. lvij.

Johānis Chryſo

ſtomi archiepiſcopi Conſtantinopo
litani in exilio conſtituti ad Cyriacū
Epiſcopum et ipſum exulem Epiſto
la ex greco in latinuz traducta ab leo
driſio Creuello.

AGe rurſus
exhauriā meroris tui
cultus et diſſipabo co
gitationes que hanc
nubē efficiunt. Quid
enī eſt q̄d contriſtaris et meres. Quia
grauis eſt ꝓcella ⁊ acerbum naufragi
um quibus eccl'ia perturbatur. Hoc ⁊
ego ſcio nec quiſq̄ inficiabitur. Sed ſi
velis harum tibi rerum imaginez fin
gam. Mare cum videtur ab imo fun
do vētis conuelli: nautas vero ipos

ij.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

a clauis ⁊ remis manus genibus cir-
cūplicare: et ꝓpter tempeſtatē deſpe-
ratione deficere non celum aſpicien-
tes: non pelagus non aridam. ſꝫ per
tranſtra lamentari ⁊ flere. Atqꝫ hec q̃-
dem in mari proueniunt. Nunc autē
in noſtro mari peior tumultus. peio-
res etiam fluctus. Sed tu roga dn̄m
noſtrum xp̄m. qui non arte ſuperat tē-
peſtatem. Sed ſpū ſancto procellam
diſſoluit. Et q̃uis rogaueri. neqꝫ ex-
audit⁹ ſis. ne deficias animo. hm̄oi enī
conſuetudinem ſeruat benignus de⁹.
nec enim ille tres pueros liberare nō
poterat. ne in fornacem ignis mitterē-
tur. Sed cum captiui facti eſſent ⁊ in
barbarorum regionem deportati. nu-
dati inſuper paterna hereditate. ⁊ ab
omnibus d̄relicti. nihilqꝫ eis reliquū
ſupereſſet. tum ſubito xp̄us verus de-
us repentino miraculo diſponit ignē
Cum enim ſanctorum virtutē ignis
non perferret: exilijt foras. et quotq̄t
circa fornacem inuenit Caldeoꝝ: aſ-
ſumpſit. Eccia igitur illis fuit fornax
Ipſi vero creaturam omnem inuoca-
bant viſibiliaqꝫ ⁊ inuiſibilia Angelos
et poteſtates atqꝫ ita oīa colligentes
dicebant. Benedicite om̄ia opa domi-
ni dn̄m. Vides vt ſanctoꝝ patientia
et ignem ⁊ rorem mutauit ⁊ tyrannū
conuertit. literis enim in vniuerſum
orbem dimiſſis Magnus inquit de⁹.
Sidrac Miſaac ⁊ abdenago Quantū
inſuper quăq̃ꝫ acerbam penā impoſu-
it. ſi quis verbum aduerſus eos pro-
tuliſſet publicetur eius dom⁹ omnis-
qꝫ eius ſubſtātia deripiat̄. Ne igitur
deiecto atqꝫ puſillo animo eſto Nam
et ego tū cum a ciuitate expellebar ni-
hil hoꝝ non cogitabam. Sed mecum
ipſe dicebam. Si quidē voluerit me
imperatrix exilio damnare: damnet.
Domini eſt terra ⁊ plenitudo ei⁹. Si
medū ſecare voluerit: ſecet Yſaiam
habeo in exemplum. Si in pelag⁹ p̄ij-
ci me iubeat Jonam reminiſcor. Si
me velit in fornacem mitti: tres pue-
ros habeo hoc perpeſſos Si me vult
feris obijcere: Danielē in fouea leo-
nibus appoſitū recordor. Si me lapi-
dare voluerit Stephanus mecū erit
protomartir. Si caput auferre: au-
ferat habeo Johannem baptiſtā Si
facultates arripere arripiat nud⁹ exi-
ui. de ventre matris mee nudus re-
uertar Hortatur me aplūs Dicens
Perſonam hominis deus non acci-
pit. etſi omnibus placerē xp̄i ſeruus
non eſſem. Armat ⁊ me Dauid. inqui-
ens Loquebar in cōſpectu regum et
non confundebar. Multa aduerſum
me confinxerunt. Dicentes in com-
munionē me quaſdam accepiſſe. poſt
q̄ iā comediſſent Quod ſi quidē a me
factum eſt: deleatur nomen meū de li-
bro epiſcopoꝝ neqꝫ ſcribatur in libro
fidei orthodoxe Nā ſi huiuſmodi q̄d-
piā a me factū ſit: eijceret me xp̄us de
regno ſuo. ſin vero maxime hec dicē-
tes contendūt: condemnent ⁊ paulū
qui cena facta integram domum bap-
tiſauit. Condemnent ⁊ ipſum xp̄m q̄
poſtq̄ꝫ cenaſſet apoſtolis coīem dedit
Dicunt me cum muliere Jacuiſſe: nu-
date corpus meum et inuenietis mē-
brorum meorum mortificationē Ve-
rum hec omnia liuore impulſi fecerūt
Tu aūt valde contriſtaris Cyriace
frater propterea q̄ hi quibus aucto-
ribus in exilium pulſi ſumus. ſumma
fiducia per forum ambulant. ſtipati ſa-
tellitum turba. Verum et tu rurſus
diuitem et lazarum memoria repete
Vtri eoꝝ in preſenti ſeculo afflicti-
ones Vtri gaudia contigerint? quid
illi nocuit paupertas. nunquid velut
athleta et victor in ſinu Abrahe de-
portatus eſt Quid aūt illi profuere di-
uitie in purpura ⁊ biſſo ſuperbienti?

vbi lictores: vbi ſatellites: vbi in au-
reis frenis equi: vbi paraſiti ⁊ regalis
menſa. nunquid tanq̄ȝ latro ligatus
ducebatur ad monumentum. nudam
animam de mundo efferens. et excla-
mat inani voce. Pater Abraaȝ: mit-
te lazarum vt intīgēt extremū digiti
et refrigeret mihi linguam. Terreoꝛ
enim vehementer Quid patrem vo-
cas Abraam: cuius vitam non es imi-
tatus? Ipſe domus ve cūctis homini-
bus hoſpitium prebebat. Tu autem
nullius vnq̄ȝ paupis curaȝ egiſti Nō
eſt q̄d lugeamus: aut defleamus. nam
qui tantarum erat diuitiaruȝ dn̄s: aq̄
gutta dignus non fuit. Cū enim neqȝ
micaꝝ participem faceret pauperem:
guttam aque non recepit. In hyeme
non ſeminauit miſericordiam. venit
eſtas et non meſſuit. et hec dn̄i eſt diſ-
penſatio. Qui ex aduerſo ſtatuit per-
ditionem impijs: et iuſtis retributio-
nem vt ſeſe reſpiciant et inuicē reco-
gnoſcant. Tūc eteni quilibet martyr
ꝓpriū tyrannū cognoſcet. et tirannus
quidem ꝓpriū martyrē quem afflixit.
Sed neq̄ȝ hec mea verba ſunt. Tu
audi ſapientiam dicentem. Tūc ī mul-
ta fiducia ſtabit iuſtus in cōſpectu tri-
bulantiū ſe. Quemadmodū enim via-
toꝛ ī eſtu perambulans ſiti q̄ȝ ardēs:
ſi limpidiſſimū inuenerit fontē. ⁊ mul-
ta correptus fame: ſi ad menſaȝ omni-
bus repletam cibarijs cōſederit: ꝓhi-
beatur aūt a potētiore aliq̄ menſaȝ at-
tingere. aut cibis veſci. torquebit᷑ ve-
hementi animi doloꝛe et affliget᷑ q̄m
iuxta menſam ſedens eſcas ſumere nō
poſſit. et ei qui iuxta fontem conſede-
rit: aque vſus neget᷑. Sic in die iudi-
cij videbunt impij exultātes ſanctos
Ab regalis aūt menſe fruitione arce-
buntur ⁊ bona tantūmodo videntes:
eorum vſu carebūt: eteni cum vellet
deus vlciſci Adam: fecit de regione
paradiſi terrā foderet: vt ꝑ ſingulas
horas ad illā reſpiciens optatā regio-
nem vnde exierat. animi dolore torq̄-
retur. Sic et nos ſi hic inuicem non
congredimur. illic enim nullus nos a
mutua conuerſatiōe prohibebit. Ui-
debimus aūt illos qui nos in exilium
dederunt. quēadmoduȝ lazarus diui-
tem: et martyres tyrannos ſuos. Ne
igitur deſperaueris. Sed recoꝛdare
ꝓphete dicentis Subſannationē ho-
minum ne timueritis ⁊ eoꝛuȝ contēp-
tu non vincamini. Sicut eniȝ lana a
tinea ſic coꝛrodentur: et tanq̄ȝ veſtis
inueteraſcent Aniamaduerte autem
et ipſum dn̄m quemadmodum ſtatim
ab incunabilis ꝑſecutionem patitur ⁊
in barbaram terraȝ eijciatur: is q̄ mū-
dum continet: exemplū nobis factus
ne moleſte aduerſa feramus. Memo-
ria repete ſaluatoꝛis paſſionem: quan-
ta opprobria propter nos ſuſtinuit.
Quidam enim eum ſamaritanū voca-
bant. Quidā vero demoniacū ⁊ gulo-
ſum. et pſeudo ꝓphetam. dicūt enim
ecce homo edax et potatoꝛ et q̄ in pri-
cipe demonioꝝ demonia eijcit. Quid
aūt cum eum ad patibulum ducerent
et in faciē eius expuerent ⁊ alapis ce-
derent. Quid etiā cū aceto et felle po-
tarent eum? Quid cū caput eius arū-
dine percuterent? Quid inſuper cum
chlamydē induerēt: et ſpinis eū coro-
narent: et procidentes ei illuderent ⁊
oēm in illum contumelie ſpeciem ex-
ercentes. cum circunducerent illum
ſanguinarij illi canes tūc: cum nudus
ad paſſionis locum duceretur Cumqȝ
illū oēs deſeruiſſent diſcipuli. et vnꝰ
quidē ipſum negauit. alius vero euȝ
ꝓdidit. Ceteri fuga ſeſe occultarent
et ſolus in medio turbe illius. dies ei
feſtus tunc omnes congregauerat et
tanq̄ȝ maleficum in medio ſceleratoꝝ
crucifixerunt. Cumqȝ in ſe pultꝰ pen-

deret.nō ante eū a cruce depoſuerūt
ꝗ ipſum quidem expetijt vt ſepul=
chro traderet:qm̄ ſepultura dign⁹ ce
teroꝝ nō videbatur.cum nullā in eo
culpā adinueniſſent.⁊ ꝙ nō ſurrexerit
ſꝫ furati ſint eū diſcipuli eius Recor
dare rurſus ⁊ apoſtolos quēadmodū
omnibus ex locis ꝑſecutiones patie=
bantur.abſcondebanturqꝫ per ciuita
tes cum non poſſent in publicum ꝓdi
re.Quēadmodum petrus apud ſimo
nem coriariū latuit: et paulus apud
vēditricem purpure mulierē. nec cū
diuitibus fiebant.Poſtmodū autē
oīa plana facta ſunt eis.Tu quoqꝫ
nunc non triſteris. Audiui enī ⁊ ego
de illo delirāte Nectario: quem cōſti
tuit imperatrix in throno .ꝙ fratres
et virgines afflixit qui cōicare ſecum
noluerint.Multi etiam coꝝ ꝓpter me
in carcere mortui ſunt :etenī ſub ſpe=
cie ouis :lupus ille figuram quandā
oſtendit epiſcopi Mechus aūt extitit
Sicut enim mulier adultera eſt. que
viuēte marito: alteri coniungitur:ſic
et ipſe adulter eſt non carnis ſed ſpi=
ritus. Uiuente enim me eccleſie mee
thronum inuaſit. Hec aūt tibi ſcripſi
et cucuſo Cicilie:vbi nos regina mā
dauit exulare Multe vero tribulatio
nes in via nobis acciderunt. At nos
nullius curam ferimus .Cum autem
veniſſemus in regionem cappadociā
et in thauro ciciliam choree inqꝫ no=
bis obuie fuerunt patrum ſanctorū
virorum nec ſolum hi: ſed et multitu
dines monachoꝝ ⁊ virginum: immor
tales lachrymarum fontes effunden=
tium. flebāt enim cum viderunt nos
in exilium abeuntes. dicebantqꝫ ſecū
vtilius eſſe ſolis radios obſcurari:ꝗ
ab Johannis ore ſilētiū agi Hec me
perturbauerunt ⁊ afflixerunt cum vi
derem omnes flentes circa me: qui
cetera omnia paruifeceram Ualde au
tem benigne nos ſuſcepit Epiſcopus
ciuitatis huius multamqꝫ in nos cha
ritatem oſtendit:vt etiam ſi poſſibile
eſſet et thronum ſuum nobis conceſ=
ſiſſet:niſi nos lege teneremur. Obſe=
cro et tua genua tangendo obteſtor:
abijce huius meſticie luctū.pro nob
memoriam habens ad deum et vt no
bis reſcribas obſecramus.

Sequūtur Sermones Morales
quinqꝫ et viginti Johānis Chryſo
ſtomi Archiepiſcopi Conſtantino=
politani.